

PERIOCHÆ FALL 5.

Sect. 2. Memb. 5. P. 2. Art. 1. L. 2.

FF. de Regul. Iur.

1. Mulier ex fideiussione obligatur, quando obligatio in debitore principali per mulieris intercessionem extinguitur.
 2. Mulier fideiubens pro libertate serui obligatur.
 3. De iure Saxonico, coniugata ex fideiussione pro alio non obligatur, licet obligatio extingatur in principali debitore.
 4. Qui non habet rerum suarum administrationem, non potest contrahere sine consensu eius penes quem est administratio.
 5. In bonis castrensibus vel quasi filiusfamilias est paterfamilias.
 6. Proprietas bonorum aduentitiorum est filijfam. ususfructus vero est patris.
 7. Bona præfœtitia quo ad proprietatem & usumfructum sunt patris.
 8. Pater est bonorum aduentitiorum legitimus administrator.
- Filiusfamilias sine consensu patris, de bonis aduentitijs non potest disponere.